

cont' fornicationem.

Quod dyabolus audies surrexit et osculat? eum et tollens coronam quam ipse habebat posuit in capite eius? et fecit eum sibi in una sede sedere dicens. Magnam rem et fortiter egisti. Et ego auuidissem et audissem dixi intra memetipsum. Valde magnus est ordo monachorum. Et ita placuit deo salutem donare michi et egressus sum et factus sum monachus. **Ca. xviii.**

Ovidam frater stimulat? est a fornicatione. Et surgens nocte prexit ad senem et dixit ei cogitationem suam. Et consolatus est eum senex. Ex qua consolatione profitens. reuerfus est in cellam suam: et ecce iter stimulus fornicationis temptauit eum. Ille autem iter abiit ad senem. factum est autem hoc frequenter. Senex vero non contulit eum. sed loquebatur ei que ad utilitatem eius pertinere dicit. Non cedas dyabolo nec relaxes animum tuum. sed magis quotiens molestus est tibi demon veni ad me et increpatus: et ita increpatus discedet. Nichil enim sic expellit ipsum demonem fornicationis quam si reuelantur stimulations eius: et nichil eum sic letificat quam si abscondantur cogitationes. Veit ergo frater ad senem unde dicit: accusans cogitationes suas postea autem dixit frater seni. Ostende caritate abba. et dic michi verbum. Dicit ei senex. Crede fili si quod permittit deus cogitationes meas quibus stimulat animum meus in te transferre non eas portabis: sed omnino cades deorsum. Hoc autem dicente senex propter nimiam caritatem

eius quiescit stimulus fornicationis a fratre. **Ca. xix.**

Uenit aliquis frater ad quem senex dicit frater meus? soluit me egredies. huc atque illuc. et propter hoc ego affligor. Et rogauit eum senex dicens equanimiter portata frater: et deus videns laborem sustentationis tue euocabit eum ad te. Neque enim possibile est ut cum duritia et austeritate facile ab intentione sua aliquis reuocetur: quod nec deus expellit demonem. Sed magis benignitate reuocata eum ad te. quod et deus noster consolando ad se homines trahit. Et narrauit ei dicens. quod fuerunt in thebaida duo fratres et cum videretur incurrere fornicationem dicebat ad alium. Reuocor ad seculum. Alter vero plorabat dicens. Non te dimitto fratres discedere a portare laborem tuum. et vigiliam tuam. Ille vero non acquiescebat dicens. Non habeo sedem nisi vadam aut videri mecum et iterum sedeo tecum: aut certe dimitte me ut in seculo permaneam. Videns ergo frater nuntiavit hoc cuidam seni magno. Dixit autem senex. Vade cum ipso et deus illum pro labore tuo non permittit corrumpere. Qui surgens abiit cum eo ad seculum. Et cum peruenissent ad quendam vicum cum videret deus laborem illius quod ex caritate et necessitate fratrem suum sequebatur: abstulit concupiscentiam a fratre eius. Et dicit fratri suo. Eamus iterum ad heremum frater. Ecce puto quia iam peccavi cum muliere: quid lucratus sum ex hoc? Et reuersi sunt ille in cellam suam. **Ca. xx.**